



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Auctarium. Sive Additiones Ad Viri Clarissimi Henr. Zoesii  
J.V.D. Universum Jus Canonicum**

**Geismar, Justus Moritz von**

**Coloniæ Agrippinæ, 1691**

Ad tit. XI[ I]. de cognat. Legal.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62259](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62259)

remonia in Ecclesia adhiberi debent.

AD TIT. XII.

*De cognatione Legali.*

**O**bserva ex Laym. lib. 5. tit. 10. p. 4. 6. 7. 7. 3. Ex cognatione legaliteriam oriri impedimentum per modum *affinitatis* inter adoptatum & uxorem adoptantis. L. adoptivus. ff. de rit. nupt. At verò inter adoptantem & parentes adoptati, nulla cognatio contrahitur.

Busenb. lib. 6. tit. 6. c. 3. dub. 2. hic refert esse probabile, quod cognatio legalis post Trident. tantum dirimat ad gradum secundum inclusivè, sicut cognatio spiritualis. Inter adoptatum & filiam adoptantis non potest durante adoptione dari matrimonium, secus verò ea soluta Gonz. ad cap. si qua i. h. t.

AD TIT. XIII.

*De Consanguinitate & affinitate.*

**A**d num. 5. in princ. adde. Laym. lib. 5. tit. 10. cap. 4. Contra definitionem consanguinitatis objicit: Adam & Seth, filius ejus, verè erant consanguinei, & tamen non descendunt ab uno st. pise per carnalem generationem. &c. definiti illam quatenus hodie in usu est. Vel addi posse: vel quarum una ab altera descendit.

*Ad num. 5. in fin.* Quæres: An DEUS ut Author naturæ possit dispensare ut Pater v. g. cum filia legitè & validè contrahat matrimonium?

Respondet Franc. de Arauxo de stat. Civil. dist. xi. n. 5. cum communi DD. posse. quia neque iste gradus tollit omnino finem intrinsecum matrimonii, quia etiam ex tali possent liberi nasci & educari casus, si hoc matrimonium esset ad generis humani conservatioem; quamvis ei magis arrideat sententia, tunc obligationem legis cessare ob necessitatem, sicut nos loquimur: contrariè. Sic refert, quod aliqui SS. Patres excusent filias Loth ab incestu, quæ cum patre commiserunt, quod existimarent totum genus humanum igne consumptum, & hic accesserunt ad ebrium, quia naturaliter cognoverunt se à sobrio mentis compote repellendas. Sed

Quæres: An tunc pater & filia sub præcepto inire deberent matrimonium? Respondet idem: puto quod non. nisi ex revelatione præceptum divinæ voluntatis intelligerent: adeoque videntes humanum genus ad duo tantum individua redactum, probabiliter existimarent voluntatis esse divinæ humanum genus consumere, cui proinde dictamini possent se absque piaculo conformare.

*Ad num. 8. in princ. adde.* Laym. lib. 5. tract. 10. c. 5. n. 1. quod ex copula illicita contrahatur affinitas probat ex Apostolo 1. ad Corinth. 6. ubi ait: qui adhæret meretrici unum corpus efficitur. Idem ibid. n. 4. admittit & vocat quoddam genus affinitatis per accident. quale dicit esse inter consanguineos inter se per c. non debet. h. t. Unde forè fit, quod adhuc hodie vulgò se tales affines vocent.

Sepa-